



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

2. Conuersio, ardor, vita Xauerij ante Indicam missionem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

tibus commendabat, vt facili nexu statim illos sibi obstringeret, dumtaxat ea lege, nequid minus honestum eorum amicitia oleret (cellarum est metium suo quodam instinctu ab ijs abhorrere, quae spirant aliquid minus castum) hinc ille pudoris illibati candor purissimus quem à cunabulis, ad vsque supremum spiritum, sincerum seruauit. fuit demum prouidentiae singularis, quod alioqui animoso inesset vehemens ad scientias imperus, cum maiorum exemplo rapi fratres ad arma cerneret. Prima parentum institutione, vereri Deum pra omnibus, Dei offensam odisse pra omnibus didicit, ex quo factum vt inde ab teneris (ita disertè Pontifices) coram Deo perfectè ambularet, adultum parentes, velificati ipsius genio, & spebus rei domesticae, quas iam tum opimas de se dabat, Parisios mittit, vbi tunc Europa totius celeberrimum ad literas omnes emporium: illic post felicem studiorum decursum, Doctoris Philosophi lauream Martij 15. tulit, anno 1530. Exin facta nobilitatis suae fide legitima, Philosophiae Magister creatus, illam publicè docuit.

2

Conuersio, ar-  
dor, vita X-  
auerij ante In-  
dicam missio.  
cm.

2. Sed enim longè excellentiora Xauerio suo parabat Deus, quam ipse tunc, atque ipsius parens; & priuatas iuuenum rationes, vndique regnorum, Parisiensem scholam petentium, in eum delectum; iam tum tacite dispensabat quem erat illic ad Societatem conscribendam facturus Ignatius; qui & ipse tunc ab aduersantibus Hispania pulsus, sedem conueniendi studiis quietam captarat Parisiis. Huic vero nec breui, nec paruo Xauerius sterit; cuius, & Fabri contubernio in Collegio S. Barbarae utebatur, (agitque Deo Faber suo quodam diario, contubernij huius immensas gratias:) illa Ignatij, humilis species, neglectus sui, obsoleta vestis, mendicatus in diem ostiatim victus, ille pra caeteris, honorum, famaeque contemptus, ab eo validè alienabant Xauerium, vni tunc inani gloriolae inhiantem; huic Ignatius sermè pro stolido, angusti pectoris, & vilis animae, erat despectui, & ioco; dicebatque in eum dicta non dissimulanter, velut idoneum quem falsè luderet. Quod imperturbata patientia eludens Ignatius, haec in se iacta dicta & sarcasmos, pro iactantis salute representabat quidem Deo, sed eius interim animum valida interdum impressione quatiebat, ea vi verborum, ac desiderij, qua tantam indolem, tantique ad Dei gloriam momenti, ardebat Deo subiugare; certus nimirum, si semel in eam penetraret radius tenuis aeternae lucis, perspecturam temporaria decora quae tantopere deperibat, quam nihili essent pra mansuris, quorum ipsi pretium ignoratio deterebat. Nec diu pependit aggressionis crebrae secundus exitus; iteratis illi ex Euangelio, ineluctabilis Veri Bonique effatis, fusaque pro illo apud Deum, copia lacrimarum, expugnauit tantam illam mentem saecularibus stipendijs celsiorem, sibi que Xauerium in Crucis Philosophia, quam prius ignotans spreuerat, non modo conciliauit discipulum, sed sequacem & imitatorum, iisdemque consiliis excolenda Christo Palaestina, sudores, & sanguinem daturum.

3. Quare